





1
10
d
11
12
13
14
15
16
17



1726.

10: Caschütz, Georgius Jun: Prosemplicon inaugurale
de fide medici

11 Caschütz, Georgius David: De cautelis nonnullis medicis
politicis in praxi (hinc) forensi observandis

12 G. G. Guntlingius, Albert. Strom: De rei vindicatione ex jure
Romano et patrio 3. Saupl. 1726, 1730 et 1735

13 G. Hoffmannus, Fridericus: De morbis hepatis ex anato-
mia seducendis: 2 Saupl.

14 Hoffmannus, Fridericus: De ignorata aperi structura
malorum in medicina errorum fonte

15 Hakeisel, Daniel Frid: Prælectum prætorium: quod quisque
juri in alterum sit: veritatem omnique usum apud
veteres caruisse, demum demonstrato

16 Hakeisel, Daniel Frides: Hakeisel, Daniel Frides:
De papillariibus labellis a matre confectis.

17 Hakeisel, Daniel Frides: Theses controversae juris
naturalis et gentium ex capitibus XV prioribus
libelli Samueles 1. b. De Pappendorf: De officio hominis

et civis ac Titii observationibus subjectis collectas

2 Junij 1726.

1726.

176. Hohenel, David Titius: Theses controversae juris naturae

et gentium ad d. l. cum de capit. u. l. h. m. atque . . . ^{Libri II}
opusculi B. Samuelis l. b. de Pufendorf: De officio hominis
et civis ac Titii observationibus subjectis non collectas.

18. Hohenel, David Titius: De tutore in locum Testamentarii
deponendo a magistratu dando contra Ulpiam l. c.
11 § 3 D. de testam. Ind. et Paul. l. am. in l. b. D. de legat.
Int.

19. Knorr, Cas. Gualteri: De edicti praetoris; quod quisque juris
in alterum statuerit, ut ipse eodem jure aetate, origine
atque usu apud veteres.

20. Knorr, Cas. Gualteri: De jure conjugis nuptiarum iterum
suo in bonis propriis et a priore conjugio quaesitis

21. Schnaderbach, Frid.: De petendis ex concursu a suris ex fine

Romano etque Germanico.

22. Schneiderus, Hans Fridemannus: De forma rei publicae litte
rariae . . . Oratio, qua praetoris nomine . . . se abdicavit.

1726

239¹⁶ Seufferus, Tranis Sivevicius: De compensabone
capitulum inter Ligantes. 2 Small. 1726 et. 1727

24. Tettenborn, Christoph Gabriel: De febribus inter mittentibus
et cognoscendis et curandis.

[Faint, illegible handwriting on aged paper]



7007

Q. D. B. V.

4

1726

126

DE
REI
VINDICATIONE

EX
IVRE ROMANO

ET
PATRIO

DISPVTABIT
PRAESIDE

NICOL. HIERON. GYNDLINGIO Ict.
p. t. DECANO

18

XVI. KALENDAS SEPTEMBRIS 1736

H. L. Q. G.

PRO PRIVILEGIIS DOCTORIS
CONSEQVENDIS
GOTTHILFF AVGVST. SCHVMANN
HALENSIS MAGDEB.

SERENISS. DVCIS SAXONIAE WEISSENFELS. CAMERAE PRO-
CVRATOR ADVOCATVS ELECTOR. ET REGIM.
ORDINARIVS.

RECUSA HALAE MAGDEBVRGICAE,
TYPIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYP. 1730.



DE
RE
VINDICATIONE
EX
IVRE ROMANA
ET
PATRIO

DISERTISSIMO
P. MESSIAE
NICOL. HERON GVDLINGIO IC.
P. BECANO
XVI. KALENDAS SEPTEMBRIS. MD. CXXVI.

PRO PRIVILEGIIS DOCTORIS
CONSECVENDIS
GOTTHILF. AVGVST. SCHVMMANN

HALLENSIS MAGISTER
SACRIS SACRAE SAXONIAE WISSENSIENSIS CAMERAE PRO-
CATOR ADVOCATUS ELECTOR. ET REGINAE
ORDINARIUS

RECUSA D. N. MAGDEBURGICAE
TYTIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYT. 1730.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DN. CHRISTIANO

DVCI SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE
AC MONTIVM AGNARIAE WESTPHALIAEQVE
LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIONI MISNIAE
ET VTRIVSQVE LVSATIAE COMITI PRINCIPI HEN-
NEBERGAE COMITIMARCAE RAVENSBERGAE
ET BARBY DYNASTAE IN RAVENSTEIN

RELIQVA

PATRI PATRIAE

PRINCIPI PIO FELICI INCLYTO

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

FELICITATEM APPRECATVR

GOTTHILFF AVGVTSVS SCHVMANN.



Ad puluinar

tuum, SERENISSI-
ME PRINCEPS,
dissertationem depo-

no, quam pro loco inter Iuris Do-
ctores consequendo, post præmissa
examina, in Fridericiana academia
publice defendi. Quod munuscu-
lum, quamuis sit prorsus exiguum,
neque animum inducam, lectum id
iri, quidquid est, à Te, DOMINE,
qui

qui in tam excelso loco es constitutus; tamen sustentat me spes, fore istud animi gratissimi simulatque subiectissimi signum, posteaquam clementia ac beneficio tuo consecutus sum, ut fisci procuratoris munus mihi conferretur, classique advocatorum Regiminis, qui in numero sunt, tuis auspiciis tuoque iussu adscriberer. Qua benignitate indulgentissima incensus omnes meas cogitationes ad tuam dignitatem & gloriam conferendas statui: nihil suscepturus, nisi TE respiciam, cuius animi magnitudine nihil est nobilius, nihil laude libertatis illustrius, nihil ingenii indole ac flore præstantius. Nam quum eorum

X 3

ex

ex stirpe sis generatus, qui summa
laude rem publicam administra-
runt suasque prouincias nunquam
interitura nominis gloria rexerunt,
quid mirum, si & TV optimum
PATRIAE PARENTEM agas; & hu-
manitatem deinde in omnes, & po-
stremo, quod caput est, ardens
quoddam & singulare Christianæ
ac purioris religionis studium vn-
dique ostendas? In quibus laudi-
bus celebrandis etsi nunc me reprim-
mo, nec huius loci ac temporis pu-
to explicandi plura egregiæ virtu-
tis exempla; non tamen desistam,
DVX SERENISSIME, vt quod
ad filci tui vtilitates facis, & ad tuam
dignitatem pertinet, sollicita cura
pro-

promoueam, ad alia maiora gra-
dum facturus, nullique labori par-
citurus, dummodo exploratum
habeam, fore, vt mei conatus, mea
diligentia meaque seruitia, qualia-
cunque sint, TIBI non iniucunda
videantur. Cuius voti si compos
futurus sum, æqualem me astris gra-
di gloriabor, ingentiaque facta mi-
ratus tua, Deum supplici animo
precabor, longæuam vt TIBI de-
stinet vitam, sanitatem inconcuf-
sam, quam nullus vnquam dolor
affligat, nulla mentis atque corpo-
ris ægritudo deprimat, donec vir-
tutis diuinæ similitudine coruscus,

ac

ac vitæ sator æternæ laudis orna-
menta, a cæteris interea calamitati-
bus liber & inuictus, accipias. Nec
dubito, quin Deus optimus maxi-
mus TIBI, omnia præclara facta ad
illius gloriam dirigenti, adfuturus
sit semper, vt habeant populus o-
mnesque boni, de quo TIBI perpe-
tuo gratulentur. Vale PRINCEPS
longe clementissime, ac publico
bono felicissime perenna. Halæ
Magdeb. ipsis Idibus Sextilibus

CIO IOCC XXVI.





CONSPECTVS DISSERTATIONIS.
CAPVT I.

DE
REI VINDICATIONE EX IVRE
QVIRITIVM.

§. I. **R**ei vindicationis significatus specialis. §. II. Vindicatio preponit dominium: quod animo seruatur, idque ex iure cogente naturali. §. III. Seruans Dominium iure repetit. Wissenbachius Grotium inepte reprehendit, quod possessorem rei aliene esse scripsit OBLIGATVM. §. IV. De Romanorum vindictis à Gellio & Cicerone. Imaginarium bellum. Gleba pro fundo. §. V. An festucam adhibuerint in vindicando edificio? Heineccius defensus. D. Branchu respondetur eiusque asseclis. §. VI. Conserio manuum an a Græcis, itemque contra vindicatio? §. VII. De necessitate contra vindicationis apud Romanos. Quando in defuetudinem abierit? Definitio rei vindicationis exponitur ex nouo iure. §. VIII. Vindicationis synonyma. Res quid hoc loco? §. IX. Dominium est probandum. §. X. XI. XII. in re immobili, mobili, singulari, quomodo? Digressio de corporum differentiis. Explicatio noua, quid sit vno spiritu contineri? §. XIII. Probandum in re certa. Quid certum? §. XIV. Sufficit si probetur, dominium fuisse etiam post liem contestatam acquisitum. §. XV. Et vindicatur dominium temporarium quoque. §. XVI. Non autem ab eo qui sperat, aut dominus non est. §. XVII. Quod nostra pecunia emptum, non statim vt nostrum vindicatur. Exceptiones. §. XVIII. Neque res incorporalis proprie vindicatur. §. XIX. Sicuti vero dominium, ita alterius

CONSPPECTVS DISSERTATIONIS.

rius possessio probanda, quam qui negat grauiter punitur in re nouo: etsi grauior erat mendacii pena, uetusto. §. XX. XXI. Quotuplex possessor. §. XXII. XXIII. De detentore nonnulla: contra quem non statim vindicatio inueniebat locum. Poterat ille auctorem nominare: alieno nomine possidet etiam ius habens in re. §. XXIV. Quis fictus possessor? §. XXV. Differentia inter hereditatis petitionem ac rei vindicationem ratione tituli possessionis. §. XXVI. Post dominii probationem res restituuitur sine pretio pro re soluto. Notatur Titius: laudatur Grotius. §. XXVII. De casu ante litem contestationem ac post litem contestationem praestando nonnullae differentiae. §. XXVIII. XXIX. XXX. De restitutione cum omni causa. Accessionum exempla. §. XXXI. Fructuum definitio. §. XXXII. De eorum restitutione post litem contestatam: an inter bonae & male fidei possessorem talis differentia. §. XXXIII. qualis ante litem contestatam? Quos bonae fidei possessor lucretur fructus? §. XXXIV. Quos male fidei possessor restituat? §. XXXV. De fructibus percipiendis refundendis à m. f. p. etsi res perit. §. XXXVI. An actione peti possint? An officio iudicis obtineantur? De necessitate implorandi officium iudicis in fructibus ante litem contestatam percipiendis: cuius implorationis nominatim faciendae necessitas cessat post litem contestatam. Iuris antiqui seueritas contra succumbentes in rei vindicatione. Aliud iure nouo. §. XXXVII. De arbitrio iudicis in actione vindicatoria. De executione. §. XXXVIII. De restitutione impensarum in fructus. §. XXXIX. inque res factarum. Differentia hereditatis petitionis & vindicationis ratione impensarum necessariorum in rem euictam. §. XL. De restitutione impensarum uulium. Notatur Titius ICr. §. XLI. Cur male fidei possessor deducat in hereditatis petitione impensas utiles, in vindicatione non
item

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

item? §. XLII. Etiam bonæ fidei possessor cogitur aliquando impensas utiles tollere, deducere non potest. Ratio eius rei. §. XLIII. De impensis voluptariis. §. XLIV. Quomodo in viles transeunt nonnunquam? De bonæ fidei possessore deducen- te. §. XLV. De malæ fidei possessore tollente. §. XLVI. XLVII. Quid ex rationis disciplina statuendum de fructibus restituendis? §. XLVIII. Quid ex eadem disciplina de impensis? §. XLIX. Qua actione post restitutionem rei euictæ b. f. p. impensas possit petere? Cur malæ fidei possessor tantum per exceptionem sibi queat consulere? Discrimen inter actionem & exceptionem. §. L. De restitutionis tempore. §. LI. De loco restitutionis. §. LII. Quando cesset ac finiatur vindicatio?

CAP. II.

DE

REI VINDICATIONE EX IVRE PATRIO.

§. I. **F**rancorum voces barbara in hac actione signanda. Germanorum unterwinden. §. II. Contra vindicatio is non erat incognita. §. III. Quod probatio a reo suscepta probat. §. IV. §. V. Differentiæ iuris antiqui Romani & patrii. Illud magis formularium: quemadmodum etiam magis symbolicum. §. VI. Allemannorum symbola & ritus in vindicando, & ferocia. An aliqua parte sint imitati Quirites? Custodi quid? Coniectura nota. §. VII. Boiorum mos vindicandi. Wehadink quid? §. VIII. Recentiores Allemanni paullatim mitescentes probationes admittabant legitimas; & demum iis deficientibus iudicium aque. §. IX. De more Saxonum ratione rerum mobilium. Wehrmann. Origo parœmie: Land muß Land wahren. §. X. item ratione immobilium: antiquitas duello res sepiissime decidebatur. §. XI. Saxones maiores paullatim miores: probationibus paribus ad diuisionem
præ-

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

procedebant. §. XII. Quod rationi non adeo est dissentaneum. An hodie utile sit contra vindicanti, ut probationem maturet? §. XIII. Recessum plerisque in locis a more Saxonum in rebus mobilibus repetendis. §. XIV. XV. XVI. Atque nunc possessio est probanda a vindicante, sicut & dominium. §. XVII. Dominii probatio hodie facilior. Quare? §. XVIII. Iuris Philosophia Germanorum de fructibus ratione possessoris bone fidei. Notatur Leyserus ICr. Helmstadiensis: defenditur illustris Thomafius. §. XVIII. Germanorum priscorum seueritas in male fidei possessorem. §. XIX. Noui mitiores sunt: & fere in Romanorum castra transfuere. §. XX. diuersum tenentes de cetero in petitione impensarum post litem contestatam: etsi aliquis in m. f. fuit. §. XXI. Finiunturque hodie vindicie fructuum & impensarum transactione sepius, quam decisione iudiciali. §. XXII. Romanorum Philosophia de dolo desinente possidere rationali iuri est conueniens. Hinc nec Germanis displicere potest, nec displicet. Leuis obseruatur differentia ratione iuramentum in litem. §. XXIII. De eo qui liti sese offert: Themata eius rei Titio videntur rarissima. Quid sit liti sese offerre? Notatur Strykii philosophia interpretatioque sinistra. §. XXIV. Disputatur contra Barbeyracium e naturali iure de pretio a vindicante exsoluendo. §. XXV. Locus vindicationis forum rei sit: idque non solum commodius est, sed & vix apud Teutones ad forum domicilii ibitur. Ratio. §. XXVI. Obseruatio de prescriptionis tempore in hac actione. §. XXVII. Forma huius actionis. An causa specialis adducenda in libello? Brissonius notatur. Dicis causa quid sit? §. XXVIII. An in rei vindicatione locum habeat libellus alternatiuus? §. XXIX. An fructus ante litem contestatam percepti, item percipiendi singulari actione petendi? §. XXX. Finit.

* * * * *

Coerige in cap. I. §. XLV. l. 1. & lego: quod §. XL. pro XXXIV.

CAP. I.



CAPVT I.

DE

REI VINDICATIONE

EX IVRE QVIRITIVM

§. I.



Actio in rem singularis

corporis *rar' & ex d'v* dicitur *Rei vindicatio*. Vt enim omnes actiones in rem generatim appellantur vindicationes §. 15. *I. de act.* hæc tamen *in specie* eo potissimum nomine insignitur.

§. II.

SI RATIONEM audiamus, vindicatio ponit dominium, quo ita res pertinet ad me, vt eodem modo non pertineat ad alterum; eoque consequitur, vt reliqui excludantur omnes, aut remoueantur, si rei nostræ

A

infi-

insistant. Dominum enim semel acquisitum animo seruatur, cum per rerum naturam fieri nequeat, vt res acquisitas & nostras nobiscum feramus semper, veluti testudo tectum. Itaque aliter fieri nequit, quam vt, præeunte naturali iure, aut feruemus animo, quod corpore semper & hasta premere non possumus, aut amittamus illico, vbi locum non habet possessio corporalis. Posterius vti est absurdum; ita prius rationi congruens sit oportet.

§. III.

Qui dominium & ius in rem seruat; ille iure optimo possessionem corporalem ab altero repetit, aut potius detentorem inde abigit. (*) Sed quomodo?

(*) Wissenbachius ad *Rubr. C. h. t.* GROTIUM reprehendit, & vltra modum stomachatur, quod *Lib. II. de F. B. & P. c. 10.* contra iuris formam in rei vindicatione obligatum dixisset possessorem. Obligationem quippe occurrere, in actionibus in personam: hic vero dominium ex parte vindicantis obseruari, ex quo in rem agitur contra eum qui non est obligatus; eoque rei nostræ controuersia mouetur. Sed scire debuisset Doctor iste non ita ignarum fuisse rerum iuridarum GROTIUM, vt ab ipso id haberet discendum, non agi hoc loco ex contractu. Quæstio est, an actor recte retrahat rem suam; & an reus ex rationis disciplina sit obstrictus, ne vindicantem impediat, sed potius ipsemet de dominio alterius certior factus restituere debeat, quod seo modo ad se non pertinet, quo pertinet ad vindicantem? Igitur ipsemet fluctus in simpulo excitat, & verbum iuris naturalis ignorat, de quo Hugoni sermo est, dum
reum

reum ratione vindicantis considerat; qui posterior ficti iure in rem vique pollet; ita alter tali iure est destitutus, adeoque *obligatus* generatim, non ex contractu, sed lege sempiterna, ut reddat alienum, absque illa re animum corpusque auertat, quæ ad proprietatis suæ loculos cancellosque non pertinet; sed Titii est e. g. a quo ille causam non habet; eoque moras necere nequit, sed facere omnia debet, ut quantocius reddatur: omneque a possessione aliena vacuefactum ad dominum redeat, quod fuit ante suum, & est etiam nunc. Quod & ceteri Leguleii sibi dictum putent, artem iuris Romani inaniter crepantes, quam vix solide intelligunt, vult putant se intelligere; rationis lumini tribuentes parum, eosque exagitantem temere, qui in ius necessarium & æternum oculos intendere solent cum cura.

§. IV.

ROMANI quo simpliciores, eo argutiis & ritibus & formulis magis erant dediti rem ipsam interea experimentibus, aut indicantibus vtcunque. Igitur vetusto more imaginarium & civile bellum quoddam inter eos peragebatur. Refert enim GELLIVS Lib. XX. *Noct. Artic. cap. 9.* primis Reipublicæ temporibus, cum Romanorum Imperium angustiis finibus concluderetur, eum, qui iurisdictione præerat, simul cum litigantibus in rem præsentem sese contulisse hosque ibi manus conferuisse, secundum Legem XII. Tabularum, in qua scriptum erat: *Si qui in iure manum conferunt.* Unde haud dubie vox *vindicationis*. In hac quippe manuum conserutione vim adhibeat actor, vim propulsabat reus. Sed subiicit idem GELLIVS, propagatis

4 CAP. I. DE REI VINDICATIONE

gatis imperii finibus prætorem nequiuiffe amplius in res longinquas proficifci; adeoque tacito & illiterato confenfu contra Legem XII. Tabularum inualuiffe, ut alter alterum ex iure, ad conferendam manum, in rem, de qua ageretur, vocaret; atque ita profecti fimul, non Prætoꝛe, fed teftibus comitati in agrum, de quo litigabatur, ac terræ aliquid ex eo, veluti vnã GLEBAM, in ius, in urbem, ad Prætoꝛem deferrent, & in ea tanquam in toto agro vindicarent. Hanc glebam, quæ totum agrum repræfentabat, vindicias, feu vindiciam appellatam, Feftus prodiit, & apud eum Seruius Sulpitius. Ita rem perfpicue Iofephus Auerani Interpretat. Lib. I. cap. XV. n. 10. n. proponit; quamuis & alii innumeri huius loci meminerint. Gellius vero Hadriani ætate floruit. Sed paulatim, pergit Auerani, obfoleuit etiam folemnis illa litigantium profectio, & res redacta eft ad imaginariam fictamque profectioem: quod ex Ciceronis oratione pro Muræna irridentis Iurifconfultos clare innotefcit: vbi totus ritus cum formulis legitur. Actor enim hifce in iure verbis ex prudentum præfcripto (*) utebatur; *Fundum, qui eft in agro, qui Sabinus vocatur, cum ego ex iure Quiritum meum eſſe aio: inde ego te ex iure manu confertum voco.* Tum respondebat reus; *Vnde tu me ex iure confertum vocaſti, inde ego te reuoco.* His Prætoꝛ ſubiiciebat ſequentia: *Vriſque ſuperſtitibus (*) præſentibus iſtam viam dico: ite viam.* Præſto erat ICtus, qui doceret ire viam. Tum Prætoꝛ: *redite viam.* Fingebant igitur in agrum proficifci, atque inde reuerti, gleba in ius allata. Non eſt incredibile, etiam Gellii & Pauli tempore, ventum fuiſſe in rem præ-

Præsentem ficta illa & imaginaria profectio. Nec ambigo, quin propterea Icti *glebas* acceperint pro *fundis*. Paulus vero l. 74. ff. de R. V. de *re præfente* verba facit: quod omnino e veteri lexponendum iurisprudencia, ceu explicavit laudatissimus *Auerani*. Et *glebam* agrum significasse passim probat I. Gothofredus ad C. Theodosianum, locaque ipse indicat in *Glossario* Nomico, vt Ruardum taceamus. exponentem, quid sit *addicere glebas* ad l. XII. Tab. cap. IV. p. 36. eoque patet, *glebam* in iure neutiquam indicare rem minimam & contemptam, sed aruum, agrum, possessionem ruralem: errantque Doctores, propterea fundi legatum valere inficiati, quod *gleba* pro *fundo* sit, hoc est, res minima.

(*) vid. Iac. Gothofredus ad VI. l. XII. Tab. p. 212.

(**) Superstites testes sunt, quasi superstantes, adstantes. vid. Festus in *voc. superstites*. Marcellus ad *Tab. VI. Leg. XII. p. 47.*

§. V.

Ex his omnibus, quæ partim *Briffonius*, partim *Auerani*, partim nos collegimus, patet, bellum commentitium sic esse introductum, & symbolicum: cum qua manuum confertione quadantenus verum bellum comparavit Ennius p. 180. *edit. Hessel*. *Gellius* vim *festucariam* nominavit: quo de nomine interea disceptant eruditi. Quidam enim *festucam* interuenisse opinantur, cum domus est vindicata, quemadmodum *gleba*, si ager. Alii sicuti in vindicatione in libertatem vindictam, hoc est, virgam interuenisse sciunt; ita *festucam* in rerum vindicatione, locum obtinuisse coniciunt.

ciunt. Heinneccius olim nostras *Antiq. Rom. ad Inst. Lib. IV. tit. 6. §. 24.* prius, alterum D. Branchu tuetur *obseruat. cap. XV. p. 85. in nota* subiecta. Prioris multo firmitior est coniectura, quam postremi. Nam si pro agro præsentis adhibita est gleba; cur non etiam posset pro domo præsentis adhiberi festuca? Cui parum obest, Gellium id non enunciare clare. Id enim si foret, non amplius res indigeret coniectura. At D. Branchu nihil adfert, nisi quod *festuca* aliquando ponitur pro virga, seu vindicta: quod sexcenti alii animaduertentur dudum. Deinde ille perperam negat Gellium aliarum rerum non meminisse; sed de solo fundo loqui. Ipse namque Gellius sic arguentem confutat; vt qui diserte & aliarum rerum mentionem iniicit *l. c. MANUM conferere est, de qua re disceptatur in re præsentis; siue AGRO, siue QUID ALIUD est, cum aduersarium simul manu prenderet, in ea re solemnibus verbis vindicaret, id est, VINDICIA correpta manu in re atque in loco præsentis.* Vindicta autem, ratione agri, vti, Festo teste, gleba est; ita ratione alterius rei, inque primis ædium, *festuca* esse potuit. Symbolum sane adfuerit necesse est. Gleba hic nullum inueniebat locum. Ergo quid? Atque haud sane improbabile videtur, *festucam* adhibitam, quæ representaret ædificium; inprimis cum *vim festucariam* nominet Gellius, *vim illam civilem, quæ verbo diceretur:* nisi forte, sed sine magna specie adfirmes, *festucam* & glebam idem sonare; quemadmodum animum inducunt nonnulli, solum ædium esse patrem contententes. Pro mea sententia facit, etiam res immobiles inque primis prædia urbana per, virgam *festucam* que

que esse traditam. Saltem nunc addo, ædificia in folo Italico & Romæ inter res mancipi fuisse, quas simbolo alienatas comicit nobilissimus *Bynckersbæck* in disert. *de rebus mancipi nec mancipi*. cap. X. p. 136. nec verisimile est, glebam allatam in ius, si vindicaretur prædium vrbanum, seu domus. Quin constat, *fuisse* traditionem ædium medio esse factam æuo, sicut & alienatio, & iuris sui remissio per *effestucationem* euenisse putabatur: talisque ritus in vsu erat certissime. Ac refert *Loritus*, *Glareanus* dictus, *Heluetius* doctissimus, venditionis ædium instrumentum, notante *Briffonio* in quo *fuisse* traditæ illæ dicuntur. Archaisimum redolet hoc instrumentum, vtut apud caecos Romanos vix natum censeo cum *Goriso* ad disertat. *Friderici Sandii de effestucatione* p. 135. Sed testatur id tamen de ritu apud Italos recepto, quem vnde sumferiat, patere ex præcedentibus potest. Vix enim vero congruit, *festucariam vim* idem innuere, quod *prætoriam*. Nam etsi indubitatum, Poetas & Comicos *virgam*, seu *vindictam* prætoris vocare *festucam*; non est tamen credibile, *festucarium* demum appellatum fuisse *prætorium*, ita vt vis illa pro tribunali prætoris adhibita dicta sit prætoriana: cum Poetæ locuti sint minus proprie: eoque improprium, poeticum, non sane effectum illico videtur proprium, quod complexum esset indicatam significationem in foro. *Gellius* vero vti obscure quadantenus loquitur, atque exempli loco ostendit, quale pro *agro* symbolum elegerint Romani prudentes; ita, cum de *festucaria* vi aliquid immiscer, ad symbolum *festuce* in ædificiis vindicandis adhibitum

ocu-

oculos flexisse eundem, non adeo alienum a vero est, Cellarius in Lexico festucariam vim explicat *de re par-
ai momenti*: quod non placebit Ictis. Cumque in vin-
dicatione vi imaginaria sint vsi ipsamet partes litigan-
tes, confit, ad rhembum non pertinere, quæ de *vindicta*
asseruntur; quia *vindictam* licitor imposuit capiti serui
manumittendi, dicens verba quædam solemnia, ceu re-
fert Boetius *Lib. II. in Topic. Ciceron.* Hic vero glebam,
vel festucam attigisse videntur vindicantes ex iure con-
fertum vocantes vocatique, non autem licitor pro illis.
Igitur sub iudice lis est, quid sonet *vis festucaria*: con-
iecturisque locus relinquatur, in quibus tantisper audi-
tur, qui vero consentanea loquitur, aut saltem non dis-
sentanea.

§. VI.

Quod utcumque fit, iterum quæritur, vnde illam
manuum confertionem acceperint Romani? Si Sa-
muelis Petri luminibus in *commentar. ad Leg. Attic. Lib.
IV. tit. 4.* nonnihil tribuendum, aliquid certe apud Græ-
cos huic rei occurrit simile tum in hæreditatis petiti-
one, tum singularis rei vindicatione. Saltem Polybius
Historiar. Lib. VII. p. 1. edit. Gronov. e Zaleuci legibus ad-
fert, quæ vindiciis Romanorum quadantenus congru-
unt; monente Iacobo Gothofredo ad Tab. VI. Legum
decemvirialium; quæ istamen specialius recensere ne-
glexit. Vnde operæ pretium, vt indicetur, quid Icti
in Polybio animaduernerint. Et vix occurrit aliud,
quam quod adolescentuli duo dicuntur certasse ex le-
ge Zaleuci de dominio in seruum litigioso *ἀμφισβητού-
μασίδι* propterea dicti. Atque id vero vocabuli *contra
vindi-*

vindicantes signat; in quibus possessor rei tam diu defenditur, donec lis sit & vindicatio reciproca finita: qua de re, vti nunc demum cerno, Schilterus ad *b. l.* §. VII. nonnulla in medium tulit. Conradus Ritterhausius in *prefatione ad Inst.* quæ agit de legibus Charondæ & Zaleuci hanc rem omittit.

§. VII.

Quocirca & contra vindicationem, quæ *ἀντιρροπή* dicitur, Græcorum mori tribuunt; quam ICti quidam adeo necessariam fuisse existimant, vt nec rei vindicationem dicendam putent, quando vindicatio in contrarium deficit. Minimum Antonius Contius ad §. 2. *L. de actionibus* ea in opinione versatur; aliis, inque primis Wesenbecio & Vinnio id negantibus. Ego, post rationes vtrinque expensas, quas ex recitationibus Strauchianis in vtramque partem collegit laudatissimus Schilterus, non dubitem, veteres contra vindicationem non solum admisisse, sed & exegisse: id formulæ probant apud Ciceronem & Gellium: id manuum confertio & illa *καταπίεσις*; vnde concludas, ex animi sententia vtrumque tum actorem, tum reum sibi dominium adseruisse: qua de re vindicia in glossis Philoxeni τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα appellantur. Verba: ἀμφισβήτην, item ἐπίδικεῖν & παρακαταβάδην contra vindicationem indicant. Quod in contrarium impulit Dissidentes, hoc fuit; quod existimarent, actore non probante reum nihilominus absolui. Sed id nemo negat. Duntaxat quæstio est, an ita absoluat reus, ac si contra vindicasset & dominium suum probasset? Deinde quid veterrimo & medio & nouo obtinuerit Quiritium

B

iure?

iure? Nam & Cicero, qui solennia formularum hac parte spreuit, nihilominus talem suppeditat: *fundus Sabinus meus est. Immo meus.* Postrema verba contra vindicationem indicant: quæ etiam in vsu mansit, donec Imperatorum æuo omnes caderent formulae, nec abscisse amplius diserta contra vindicatio requireretur. Hinc disputatum, quid velit Iustinianus §. 1. *I. de action.* ubi rei vindicationem definire videtur, qua quis rem suam esse adfirmet, & possessor Dominum se dicat: cum interea existimauerint multi, dari quoque rei vindicationem contra detentorem per *l. 2. C. ubi in rem actio.* At demonstrabitur postea, non hoc inueniri ea in lege, neque in aliis, vt contra nudum detentorem vindiciis locus sit relictus. Quare animus saltem dominii in possessore reo ex regula postulatur: quanquam formula vetus faecisset; estque perceptu facile, quid nunc, post abolita varia symbolica, complectatur tota rei vindicatio.

§. VIII

Qui enim vindicat, rem suam corporalem repetit a possessore, qui se fert dominum, aut qui tali possessori similis habetur. Reperitur hic lis dominii *l. 18. ff. de vsuris actio proprietatis l. 14. §. vlt. ff. de except. rei iud.* recteque Cuiacius docet in paratitl. *ff. b. t.* vocem rei in dictione *rei vindicatio* notare dominium.

§. IX.

Quocirca dominium probandum, siue gentium iure, siue ciuili acquisitum; quod paullo difficilius factu est, vti notum.

§. X

§. X.

Probandum in *re immobili*, quæ ex situ suo certo est signanda indicio. Iura huc non pertinent, etsi improprie quandoque ad res immobiles referuntur. Quæ autem sint *causæ*, aut res soli, aut iis hac parte similes, aliunde constat; neque hoc repeti loco debet, cum sæpe intercurrant quæstiones voluntatis, & latissimis inuolucris in diuersas partes agitentur.

§. XI.

Probandum in *re* quoque mobili, cuius, si detentor copiam non fecerit, per actionem ad exhibendum ille erit compellendus.

§. XII.

Probandum in *re singulari*: nam de pluribus rebus coniunctum hæc actio non datur. Proinde nec peculium, nec supellex, nec alio verbo collectiuo res plures, quarum non est vnum corpus, aut ex homogeneis partibus constans integrum, vindicare licebit, sed singulæ res nominatim designandæ sunt. Quæ vero corpora verbo communi signantur, vti grex, (*) armentum, equitium recte vindicantur. De diuersis apud iuris auctores corporum (**) generibus aliquid in notis monebitur.

(*) Recte Branchu Obseruat. | cap. XVI. p. 110. *Ideo potius rei vindicatio ad gregem extendi, quia certus peculium numerus simul pasci solitorum, atque ita in nouum pecoris nomen transiens, nihilominus res singularis corporalis videbatur, quippe quæ sub vnicum conspectum venit & digito monstrari potest, nec vlllo eget iuris cuiusdam personalis intellectu, vt peculium l. 56. ff. de R. V. cumque nummorum certus numerus non transeat in nouum nomen, nempe summam, nisi considerentur secundum*

functionem suam, in genere l. 19. §. 2. ff. de cond. indeb. quo modo pro rebus incorporalibus habentur, que rei vindicationem non admittunt. Ergo si nummi sunt vindicandi, singuli erunt vindicandi. l. 56. ff. de R. V. cet.

(**) Optime ea de re commentatur & conicit Iacobus Lectius in epistola ad Theodorum Bezam, quæ est inter *Philologicas* Goldasti XCIII. Sunt enim corpora *ἠνωμένα*, vt tigni, qua generatim consideratur, hominis, statuæ, *συντημένα*, vt nauis, armarii, lecticæ, ædificii, *διεσῶτα*, vt in peculio, grege, cetera. Horum prima vno *spiritu* aliquando contineri dicuntur. Saltem Paulus l. 23. §. 5. in *sine* sic loquitur de brachio statuæ der ferruminationem adiecto: quod vindicari non possit. Cetera possunt, nisi aliud obftet; ceu in tigno ædibus iuncto: illaque exhibita seorsum petantur, aut, si sint eiusdem generis signentur quantitate, & numero, quemadmodum de grege & armento insinuauimus. Nec poenitebit legisse Cuiacium obseruat, Lib. XV. c. 33. Mihi de cetero vno *spiritu* contineri videntur corpora, quæ habent continyatum habitum, & filum, ceu corpora conflatæ & confusa, quæ aut plane non, aut difficulter solui ac diuidi possunt. Talem habitum Græci *πνευματικὸν τόνον* habere dixerunt, extensionem spiritualement, quæ diuidi nequit, sine corruptione, aut immutatione totius habitus, & formæ: quod vox græce *ἠνωμένον* inuuit, exprimens *unitum*, & coagmentatum, intextum, continuum. Cui rei intelligendæ locum ex Philone Iudæo de *mundo*, quem eius libri auctorem perhibent nonnulli, adscribam: *ἕξις δὲ ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς ἐν ἀρρήτοις, ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος. Hæc autem tenor est spiritualis, vinculumque fracturæ non immune, tametsi egre est solubile.*

§. XIII.

§. XIII.

Probandum in *re certa*. Nam alioquin nescitur, de quo futura sit concertatio, & iudicatio suscipienda. Quod ut fiat res est designanda quod Paulus explicat *l. 6. h. t.* quanquam obscurius. Vnde Ulpianus clarius ait, sic esse demonstrationem ineundam, ut possit intelligi, quid petatur, & quæ rei sint adiuncta: quod ad omnem designationem sufficere scribit *l. 19. ff. de furtis*. Idque exemplis illustrari posset, si cui nasceretur scrupulus, tum ratione rerum mobilium, tum immobilium; nec Donellus in *Commentar. Lib. XX. cap. IV.* nobis hac parte otia fecisset. Sed inde vero simul innotescit, omnem ambiguitatem abesse debere, nec satis esse, vindicari Stichum, cum plures eius nominis reperiantur. Fas est, designari illum nota certiori. Ceterum incertum non est, quando petitur triens, quadrans alicuius rei pro indiviso. *l. 35. §. f. ff. h. t.* Nec desperandum, rem certam peti posse, etsi falcidia sit detrahenda in quantitate rei legatæ. Exemplum adfert Caius in *l. 76. ff. §. 1. h. t.* Ut aliquando vero petatur initio incertum, ex accidenti venit, qualia themata occurrunt in rebus confusis & commixtis. *l. 3. §. f. ff. h. t. l. 5. pr. ff. h. t.*

§. XIV.

At sufficit probatio domini, quod etiam post litem contestatam indeprus est actor *arg. l. 27. §. 1. ff. h. t.* Etsi enim iure stricto totum actionis carmen videtur inane, quando rem suam dixit, quæ nondum erat petentis; ex æquitate tamen, dum quid, quantum & quale petatur, cognitum est, actio subsistit.

B 3

§. XV.

§. XV.

Nec nocet, etsi dominium temporarium sit; atque abiturum a nobis existente conditione *l. 41. l. 66. ff. b. t.* Sat est, nondum abiisse.

§. XVI.

Qui igitur dominium non habet, vtut sperat, hac actione non agit. Hinc si duobus res vendita, is agit, cui res tradita; in rem alter non agit, sed actione personali contra frustrantem *l. 72. ff. b. t. l. 15. C. b. t.*

§. XVII.

Nec auditur, etsi sua pecunia rem emptam dicat. Quod in minoribus & militibus est statutum, ad exceptiones pertinet, & ius priuilegiarium. *l. 8. C. b. t. l. 2. ff. quando ex facto tut. l. 3. C. arb. tut.* Cumque vxor tale priuilegium vindicandi non habeat, etiam illa fundum sua pecunia emptum hac actione non repetit *l. 12. C. de iur. dot.*

§. XIIX.

Res INCORPORALIS vero, vt i proprie non possidetur; ita nec vindicatur singulari hac actione: aliaque remedia sunt prodita: de quibus alio tempore & loco.

§. XIX.

Quoniam itaque requiritur POSSESSIO, in primis ratione rei, idcirco & illa probanda; cum non minus facti sit. Negans vero, si possidere ac conuictus dein ab actore, possessionem illico amittit: saluo interea petitorio *Nou. 18. c. 10.* quod vetusto iure secus: nam sine spe recipiendæ rei, eius sic est mendacium punitum *l. vlt. ff. b. t.*

§. XX.

§. XX.

Possessor est vel *verus*, vel *fictus*.

§. XXI.

VERVS vel *ἀμεσος* vel *ἐμμεσος*, hoc est, qui possessionem vel *per se* habet, vel *alterius* interuentu.

§. XXII.

Hinc DETENTORI denunciare auctorem suum licet: atque rotunde a litis contestandæ molestia sese liberare, cum eo casu reuera & iuris sensu dicat, se non possidere. Sed fac, eum nolle indicare post spatium deliberandi concessum, vtrum cogendus ille ad indicandum Possessorem, an rei vindicatione pulsandus? Et putem, Vlpianum *l. 9. h. t.* recte rationes subducere, quando ad iudicis officium pertinere credit, vt inspiciat, an res suo nomine possideat? cum alioquin actor frustra sit experturus *l. ult. ff. h. t.* Sed nondum tamen sic afferebatur remedium ad cogendum refractarium. Itaque Vlpianus in *l. 9. ff. h. t.* habendum esse pro possessore declarat, vtpote qui silentio suo contempsisset Praetorem? quemadmodum hæc verba: *Puto autem ab omnibus, qui tenent, & habent restituendi facultatem, peti posse*, non inepte exponit D. Branchu. Vt enim statim actione pulsentur, qui tenent, incongruum videtur; cum possint auctorem suum indicare; simulatque se a lite eximere, actore quoque inuito per *l. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat*, quæ est Constantini M. Fac igitur, DETENTOREM clare proposuisse, se non possidere, hoc est, se animum habendi non gerere, & interea tamen verum possessorem, cuius nomine *detinet*, non nominare, interrogatum licet am-

plius & iterato, quid tum? Et, iam augetur contra ipsum tanquam liti sese offerentem. Debet enim omnino indicare. Indicatus *actor* vero comparere debet in iudicio: sin minus, causa breui circuitu, cognita, actor in rei petita possessionem immittitur, salua aduersario ipsius actione de proprietate. Satis enim sic castigatur contumax, quod carere re sua debet, & demum vindicare eiusdem proprietatem. v. *Vultei* ad d. l. 2. Cod. n. 4.

§. XXIII.

Et *alieno* nomine vero is quoque possidet, qui ius in re constitutum habet. Neque enim rem statim per se possidet, qui ius habet in re constitutum: adeoque idem obtinet, quod de detentore sanxit Constantinus M. *Vult.* l. c. n. 7.

§. XXIV.

FICTVS autem possessor, qualis est dolo possidere desinens, tenetur, quanti actor in litem iurauerit, sic vt ne actiones quidem ei cedantur l. 63. l. 69. l. 7. b. t. nisi aliquando e peculiari æquitatis causa l. 12. ff. *de re iud.* Similiter liti fraudulentè sese offerens, ignorante actore, l. 7. l. 25. 26. b. t. castigatur. HAEREDES eorum vero non obligantur, nisi si quid ipsi post litem contestatam admiserint condemnatione dignum l. 42. ff. b. t. aut quatenus locupletiores sunt facti, quod actione in factum postulatur l. 52. ff. b. t.

§. XXV.

De TITVLO possessionis nihil hic adiicimus; contra, quam in rubrica de hæreditatis petitione fieri solet: *Varietatis ratio*, indicante Vinnio *partit. Iur. lib.*

II. c. 35 HAEC est, quod rei vindicatione solus agat Dominus, cui, æquum est, rem reddi, quocunque titulo ea possideatur: at hereditatis petitione experitur heres, cui, cum fieri possit, ut is rei hereditaria dominus non sit, non mirum est, iusto titulo possidentem in pari causa præferri.

§. XXVI.

PROBATO dominio res est restituenda declarato Domino *l. 35. §. 1. ff. b. t. sine pretio pro re perfoluto*; ne quis rem suam emere cogatur *l. 2. C. de furt. et si res empta in foro publico, et si intercessit de re domino restituenda: nisi melior existat, quam fuit primum, aut alias peritura fuisset, ut, si ab hoste redempta* (*) *l. 6. ff. de captiu. & postlim. Grot. de I. B. & P. Lib. II. c. X. §. 2.*

(*) Titius obseruat ad *Lauterb. c. cv.* decisionis causam ex iure postliminii deficientis repetit: quod necesse non est. Sufficit æquitas; cum nempe repensare, quod dedit emptor, merito, quia sine impendio rem redhibere non licuit. Hæc Grotio sedet ratio Quod ad *l. 6. ff. de Captiuis & postliminio* adnotat ille, longissime est petitum: de quo copiosius alias.

§. XXVII.

Restituenda, nisi ANTE litem contestatam perierit casu fortuito, non adtento, bonæ fidei possessor fuerit, an *malæ. l. 8. ff. de cond. furt.* Prædo insignis magis oneratur, quod ciuile est, non tamen iniquum. Sin POST litem contestatam casus accadat, bonæ fidei possessor liberatur, qui argumentis fat validis vindicabat contra. Simplex malæ fidei possessor, qui non est prædo, tenetur, nisi res eodem modo apud dominum peritura fuisset *l. 15. §. vii. ff. b. t.* Nam tum per *malitiam*

C

possef-

possessoris nihil amisit verus Dominus. Verum tamen fac, post litem contestatam periisse rem *culpa*, bona fide licet possederis. Et tum partem experieris fortunam cum malæ fidei possessore: quanquam te paratum ad restituendum dixti, aut res peritura per se interit. Quare enim non restituisti? aut si causam moræ habuisti, quare non vendidisti; vel pretium rei corruptionis obnoxii aliquando, si ita res ferret, rependi posset?

§. XXVIII

Res autem restitui non videtur, nisi simul cum *caussa fructibusque* reddatur.

§. XXIX.

CAVSSA hic significat omne, quod habiturus esset petitor, si eo tempore, quo iudicium accipiebatur, restituta res fuisset *l. 20. ff. h. r.*

§. XXX.

Ergo omnes utilitates, & adiuncta, quæ rei petita *aliunde* accesserunt, huc pertinent, quales sunt, quæ per alluvionem adiiciuntur, insula, alveus a flumine desertus, ædificium aræ impositum, ususfructus cum proprietate rei petita, ob litis mores, consolidatus; *uno verbo*: omnia rei petita lucra adiecta, exempli causa: seruo petito legatum, hæreditas, actiones, atque ex actionibus percepta emolumenta, aut pro ablatis publica magistratus autoritate soluta pretia, *cetera.*

§. XXXI.

FRUCTVS vero omnes obventiones, & redditus complectuntur, qui ex RE quoquo modo, aut occasione rei, *si manus*, percipiuntur: vnde & naturales & industriales, civiles, extantes, & percepti, & pendentes
in

in restitutionem veniunt; immo interdum percipiendi honeste ac *commode*. Thema huius rei est in *l. 31. ff. h. t.* ad tento *interdum*, bonæ quis fidei fuerit possessor, an malæ; non autem semper.

§. XXXII.

Saltem post litem contestatam differentia nulla obseruatur, iustum habeat titulum, an secus in bona, an male fide fuerit possessor? nisi *admodum dubium* vindicantis sit dominium. Nam post litem contestatam, immo controuersiam notam, vterque possessor pari censu veniunt: duratque eorum obligatio tum vsque ad tempus rei iudicatæ, tum post illud, h. est, donec restitutio *reapse* euenerit. Wissenbach. *ad l. 22. C. h. t.* vbi simul thema resoluit, cum bis fuit litis contestatio suscepta.

§. XXXIII.

ANTE litem contestatam vero distinctio valet inter BONAE & MALAE fidei possessorem. Etenim ille (*b. f.*) & fructus naturales tantum, (*) & industriales & ciuiles & consumptos, vno verbo, omnes, vti Paulus diserte *l. 48. ff. de A. R. D.* (**) lucratur, veluti Dominus, locupletior fit factus, nec ne, nullusque nisi exstantes restituit *l. 22. C. h. t.* quos quidem suos fecit tantisper pleno iure (***) *l. 28. ff. de usuris* vtut reuocabili *l. 48. pr. ff. de A. R. D.* nisi ex noua causa sibi acquisuerit, puta vsucapione *l. 4. §. 19. ff. de Vsurp. & Vsuc.*

(*) Legem 45. ff. de Usuris, quum est Pomponii, ac nostræ contraria sententiæ primo obtutu, belle resoluit Nodtius *h. t. p.* 198.

(**) Contrarium quod in hereditatis petitione obseruatur, singulare est. Singularia non protenduntur: quod aduersus Schilterum obseruandum.

(***) Marquardus Freherus in *Parerg. lib. II. cap. 24.* uoculam *interim*, qua uitur Paulus in adducta *l. 48. pr. ff. de A. R. D.* exponit noua ratione de illo tempore, quo fuit in bona fide constitutus, creditque, extantes ab illo restitui, nec ullos præterea colendo acquiri. Quod fere eodem recidit, cumque interpretatione nostra certo modo conspirat.

§. XXXIV.

HIC (*m. f.*) fructus omnes, existentes & consumptos, perceptos, & honeste percipiendos reddit *l. 22. l. 62. §. 1. ff. h. t.*

§. XXXV.

Sed quid? *si res periisset*, an & tunc fructus percipiendos restituet malæ fidei possessor? Et potest dubitari, an æstimari fructus eius rei queant, quæ non est. At occurrit responsio, iuris sensu rem considerari, ac si non periisset: Itaque & fructus æstimari, quos percipere, ex illa re, licuisset, quæ eodem modo apud Dominum non periisset, puta, si rem vendere potuisset; quod tamen difficillimæ probationis uidetur. *l. 17. §. 1. l. 33. ff. h. t. l. 3. §. 1. ff. de usuris.*

§. XXXVI.

Enimvero nunc noua ambiguitas oritur, qua actione fieri id potuerit? Est enim cognitum, fructus percipiendos, qui interea non extant, in rei vindicationem *recta* non venire, sed vel officio iudicis recipari, vel conditione posci. Neutrum fieri com-

mo;

mode poterit. Nec enim vindicari possunt, quos possedit nunquam; nec ulla ratione potest possidere desisse videri: nec item possunt per se condici; non condictione furtiva, quia non contrectavit, non actione negotiorum gestorum, quia nullius negotia gessit, non condictione sine causa, quia nihil apud se habuit, aut habet. Ergo officium iudicis restat; quod nominatim interea erat exigendum in fructibus ante litem contestatam perceptis & percipiendis *l. 25. §. 8. ff. d. ad lit. edict. l. 3. C. de condict. ex leg.* At post litem contestatam percepti, aut percipiendi, etiam officio iudicis speciatim non implorato, adiudicabantur (*) & *l. 35. §. 1. ff. b. t.*

(*) Vetus iure is, qui in rei vindicatione succubuerat, duplicatione fructuum multabatur: eiusque rei meminit Festus *v. vindicie*. In Cod. Theodof. *l. 1. de fructib. & lit. expens.* vestigium inuenitur adhuc, quæ est Valentiniani & Valentis. Constatque, ex lege XII. Tabularum hanc severitatem descendere. Tantum quaeritur, an etiam bonæ fidei possessor ita fuerit castigatus? Et recte putat I. Gothofredus, hunc fructuum duplum præstitisse neutiquam. Proinde novam hanc legem videri, quæ bonæ fidei possessorem malæ possessionis scientiam accipientem prædoni, seu mala fide incumbenti in rem exæquasset; hoc interea discrimine, ut prædo a die inuasionis, bonæ fidei possessor a die accepti iudicii, duplo fructus perceptos & percipiendos penderet. Quæ petitio improba visa est Iustiniano; nisi quidem iam ipsius tempore ab usu recessit ista severitas: eaque causa est, quare lex hæc inueniatur interpolata in Iustiniano Codice *v. Schulting. ad Pauli sent. Lib. V. tit. IX. §. 2. item Lib. I. tit. XIII. §. 8.*

§. XXXVII.

Ab hoc igitur officio iudicis pendebit sententia eiusque ARBITRIVM de re cum omni causa fructibusque restituenda. Si paret possessor, bene est, isque absoluetur: eoque sensu iudicium hoc, sicuti cetera, absolutorium erit. Sin minus, sequetur executio arbitrii. Erat enim rei vindicatio vere arbitraria §. 31. *l. de actionibus*. Ac, siquidem rem habet, manu ministrorum, aut militari manu aufertur *l. 68. ff. b. t.* aut, si velit petitor, in litem iurabitur: sicuti etiam cum dolo desit possidere, hoc iurandum obtinet. Quod si vero nullus intervenit dolus, vera rei æstimatio præstabitur, haud secus atque in fructibus fieri solet tam perceptis, quam percipiendis. Sin autem res petita periit, arbitrium iudicis præcedens inane & elusorium foret: isque propterea ad executionem statim procedet, facta æstimatione secundum dictam distinctionem, nempe ut perspiciat, utrum dolus interuenerit, an secus?

§. XXXVIII.

Nec deerit officio suo iudex in adiudicandis IMPENSIS: dummodo teneas, IMPENSAS fructuum aut quærendorum aut colligendorum, aut seruandorum gratia factas, ab omnibus possessoribus deduci ac pensari *l. 36. §. ult. ff. b. t.* neque enim fructus intelliguntur, nisi deductis impensis. Leonin. *lib. IV. emend. l. n. 10.*

§. XXXIX.

IMPENSAS vero in res factas secundum illam notam & tripartitam distinctionem considerari fas est; ita ut NECESSARIAS deducatur tum bonæ, tum malæ fidei possessor,

feſſor, ſeruetque hic doli mali exceptione *l. 38. de hered. petit. l. 5. C. b. t.* inprimis, ſi res adhuc extat: ſin contra, impenſæ etiam bonæ fidei poſſeſſori pereunt. Quod in hæreditatis petitione aliter ſeſe habet. Ratio eſt, quod deducere ſit retinere rem aliam loco ſumptuum. In rei vindicatione res una & ſingularis eſt, quæ ſi perit, vanefcit quoque deductio, ſeu retentio. In hæreditate res plures inueniuntur, unde deductio fiat.

§. XL.

In impenſis *VTILIBVS* diſſimilis in utroque poſſeſſore ratio eſt. Nam *MALÆ FIDEI* poſſeſſor tantum tollit, non deducit *l. 5. C. b. t. l. 37. in ſ. ff. h. t.* Putat quidem Titius obſeruat. ad *Lauterb. ccti.* nihil ſolidi hic adferri: *legem 5. C. agere de fure ac prædone;* alteram de impenſis loqui domino vindicanti non *utilibus*, quas poſſeſſor tollat. At ipſa inſpectio legum diſſentientem confutat. Nam in prima expreſſe malæ fidei poſſeſſoris mentio ſit, nec verba *INIURIA occupata poſſeſſio* prædonem, ſeu furem innuunt. In ſecunda nihil de impenſis *domino inutilibus* occurrit; ſed tantum dicitur, eum debuiſſe in re aliena, de qua erat certior factus, ædificium non ponere; eoque vix quadrat, quod is de donandi animo non adeo late protendendo ad *§. 30. I. de R. D.* philoſophatur. Sufficit, non curare leges, ſi quid amittat poſſeſſor, dum tollit, nec deducit. Qui enim tollit ut plurimum damnum facit.

§. XLI.

At iam quæſtio recurrit, quare ſic diuerſe in hæreditatis petitione? ubi malæ fidei poſſeſſor deducit quoque, quia res poſſeſſa per tales ſumptus melior eſt facta?

facta? Et fateor, aquam hic hæreere quam multis. Ego cum Vinnio in *partit. l. Lib. III. c. 37.* facerem, arguente, leges fauere repetitioni rei suæ, quam quis difficili probatione vindicat: hæredem non esse continuo dominum; eiusque probationem facilem. Addo, non quæri hic, an damnum sentiat malæ fidei possessor, sed an lucrum habeat dominus? At non habet, alioquin retineret, ac multo minus, si tollat possessor, quod alienæ rei iniuria, & temere adiecit: vt præteream, hæreditatis petitionem factam bonæ fidei, & olim ante Iustinianum a quibusdam ICTis eam in classem fuisse relatam: vbi laxior indulta iudici potestas.

§. XLII.

Ad hæc probe pensitandum arbitror, nec bonæ fidei possessorem ex eadem ratione *viles impensas* semper & absolute deducere. Circumspici etenim solet, an etiam domino vtilis? non autem an possessori vtilis, si rem retinisset, fuissent? Vnde tum Domino diuiti tum pauperi optio relicta, vtrum in deductionem harum impensarum consentire, an pati velit possessorem tollere, quæ potest? Nec enim quisquam cogitur ad pensandum, nisi homo diues eisdem sumtus facturus fuisset, *l. 25. ff. de pign. act.* aut pauper rem habuerit venalem *l. 29. ff. h. t.* aut denique possessor actori denunciauerit, se ædificaturum interea, isque tacuerit, *l. 30. ff. h. t.* eoque tacite consenserit *l. 18. ff. mandat.* Extra has species possessor tollebat sine læsione rei, si ex rebus ablatis aliquid emolumentum speraret, nec petitor tantum offerret, quantum possessor inde percepturus esset emolumentum: quæ est opinio Celsi *l. 38. ff. h. t.*

§. XLIII.

§. XLIII.

VOLUPTARIAS impensas mere tales tollit possessor: in ceteris, quæ in nomen vtilium transeunt, eadem ratio, quæ in mere vtilibus, ex ordine habetur; si bonæ fidei sit possessor *l. 29. ff. h. t.*

§. XLIV.

In vtilis autem transeunt voluptariæ, si iterum eandem impensas facturum dominus proberetur, aut res promercialis sit; idque propter impensas hæc *in se* quidem voluptarias, eoque intuitu, quia vendere carius potest, vere vtilis. Hinc iure retentionis vtetur merito ac doli exceptione se tuebatur, qui fide bona &, ex interpretatione iuris, non nihil in rem vendituri domini vertit. Hinc quia venalis, deducuntur potius impensæ, non tolluntur. *a. l. 38. l. 29. ff. h. t.*

§. XLV.

Sed quid, si in MALA FIDE constitutus possessor? Ac putem idem esse reponendum, quod §. XXXIV. monuimus. Merito enim occiditur illi: *tu non debebas facere impensam l. 39. §. 1. de hered. petit.* Itaque tollat quoque voluptarias vtilibus impensis similes, diues sit dominus, an pauper, easdem impensas fecisset, an minus, carius venditur res, an fecus? Sufficit iam non vendi, sed vindicari; nec dominum illas impensas rei suæ adjectas cupere retinere. Sin autem retinere cuperet, tantum soluat, quantum possessor, impensis sublatis, est lucraturus.

§. XLVI.

Quibus ita ex iure Romano de fructibus & impensis disputatis videamus quid ratio iubeat simplex? Et
D puto,

puto, possessorem merito restituere FRUCTVS omnes perceptos & extantes, & consumptos & non extantes, etsi est in bona fide: cum ex re aliena non dominus nihil habeat causæ, quare aliquid lucrifaciat. Sed fructus vero non intelliguntur, nisi deductis, quæ sunt ad eos percipiendos expensa, aut præstita, æstimationem recipientia: de quibus paulo post. Qui Romanas leges hac parte necessario iuri naturæ conuenire credunt, sequentem rationem decidendi depereunt, pro domino habitum bonæ fidei possessorem simulatque eundem laborasse: & æquum vero videri, vt quisque laboris sui fructum ferat. Sed valde vereor, vt concludat: *qui putat si dominum, fructus lucrifaciat iuste consumptos, nihil restituat inde.* Nec magis firmum: *qui laborat, fructus ferat ex re aliena.* Id verum est: *pensationem laborum accipiat, quos æstimet.* Vt vero ex falsa opinione omnes fructus lucretur, aut propter laborem susceptum domino vero compendia & emolumenta percepta auferat, non sane argumento inferri cogente potest.

§. XLVII.

Quandoquidem vero difficile est, probare lucrum in consumptis, hinc rectius fecissent Romani, si & in hæreditatis petitione de consumptis a bonæ fidei possessore non disputassent. Multa in *abstractione*, hoc est, vbi rem sola mente contuemur & lucrum veluti certum depingimus, vera sunt; quæ in applicatione iuris ad factum ob difficilem probationem manent incerta, nec videntur; aut saltem longæuis litibus ansam suppeditant.

§. XLVIII.

§ XLVIII.

De IMPENSIS hoc videtur, ratione præeunte, iustum: Qui necessarias & viles *retinere* cupit, is pretium restituat, adeoque deducentem possessorem non impediatur. Nemo enim cum damno alterius locupletior fiat: maxime cum communioni locus esse nequeat: etsi illa mente concipi potest, sicuti ostendit Grotius cum alijs de *I. B. & P. L. II. c. X.* Sed *necessarias* semper retinere cupiet dominus, quia sine illis res salva manere nequit. In *vilibus* nemo est cogendus, ut *retineat*, qui hoc ab arbitrio & persona domini, cui ius eligendi negari nequit, quoniam utilitas variat, dependet: idque Romani quoque agnovere certis casibus: existimantes, bonæ fidei possessorem non conqueri iure, si tollendi necessitas ei imponatur, conf. §. XLII. Multo minus malæ fidei possessori copia erit exoptulandi, sed is potius beneficii loco habeat, quod in rem alienam scienter collata tollere potest. In *voluptariis* certum est, non omnes dominos iisdem superuacuis impensis delectari: idque inde luculenter patet, quod retinere nolint, nisi quatenus, iis abstractis, res extans vel deformatur, vel auferenti nullum inde commodum obuenit. Emulationi vero & inuidiæ nullum ius indulget, nec naturale, nec ciuile. Sin vero & voluptarias indiscrete retinere cupiat dominus, tantundem is soluat, quanti res est auferenti. De quo minime omnium lacrymas cedere prædo, vel malæ fidei, vel etiam bonæ fidei possessor potest; nihilque occurrit dubij, nisi hoc: soluere debere potius dominum tantundem bona fide sumtus facienti, quanti sua interfit.

D z

Re-

Responderetur quippe: Nihil fere interesse Domini, quia voluptaria, adeoque *superuacua* impensæ ponuntur. Nec possessor determinare ratione certa poterit quanti intersit domini victoris, rem iucundam & ad illecebras comparatam in illius potestatem redigi. De communione pro indiuiso vt simus solliciti, experientia prohibet, vnde constat quam sit fere incredibile, communionem placituras vel victo, vel vincti.

§. XLIX.

Alia prorsus quaestio est quid remedii supersit *res* possessori, si sine doli mali exceptione opposita rem restituerit? Et constanter a veteribus proditum scimus, differre hac parte malæ fidei possessorem ab eo, qui est bonæ fidei. Hic enim domini negotium gessisse; & ex præsumpto propterea mandato dominus teneri videtur: hinc tum exceptio doli mali obtinebit, tum retentio, tum actio negotiorum gestorum. At mala fide sumtus faciens carebit actione; ac tantum deductionem habebit, non actionem. Deductio autem obtinebitur per oppositionem exceptionis doli mali: quæ exceptio necessaria non est bonæ fidei possessori; qui per se retinet, facietque iudex ex officio non imploratus, vt nihil amplius cum effectu petat, accipiatue Dominus; Quod si bona fide suffultus simul obiiicere exceptionem doli mali cupiat, non quidem peccabit, sed interea tamen non erit illa exceptio necessaria. At in mala fide constitutus omnino illa indiget. Neque enim habet is ius retinendi, nec agendi; sed excipiendi tantum; vt sic ius retentionis consequatur: quod is, qui in bona fide est, per se habet,

bet, non implorato iudicis officio, vt qui non imploratus iniquum petitorum repellit *Gœdd. ad l. 79. pr. ff. de V. S.* Dices: parum interesse, vtrum quis agat, an excipiat? Et repono: exceptionem potius causæ, quam personæ dari: actio datur personæ. Solo causæ æquitas facit, ne plus petat sumatque vindicans: ergo exceptio ægre censetur malæ fidei possessori permiffa & ex æquitate solum eaque abundanti. Ad personam namque iniusti possessoris plane non respiciunt iura eoque petentem potius coercent; non autem eum recta iuuant; sed quasi per circuitum & *indirecte*; vbi quidem is vigilat, & iudicem monet, ne causæ æquiritatem posthabeat. Quæ vtut subtilia; ita tamen res est iure QUIRITIVM.

§. L.

De *restitutionis* TEMPORE nihil singulare obseruatur, voluntque leges, vt illico fiat, quod tamen ciuili-ter intelligendum, ita vt dilatio modica haud facile denegetur, inprimis, si satisfdet victus de litis æstimatione præstanda. §. 2. *l. de off. iud.*

§. LI.

At de LOCO restitutionis faciendæ bina occurrunt notanda. Res enim restituenda vel *immobilis* est, vel *mobilis*. Prior in loco rei sitæ restituitur: posterior in loco iudicii: vbi iterum distinguitur. Vel enim in bona fide est possessor, vel mala. Si prius, sumtibus actoris res affertur in iudicium, eiusque periculo *l. 10. l. ii. ff. h. r. extra cibaria*, quæ afferentibus solet præstare possessor. Sin posterius, possessor & sumtus sustinebit, & periculum *l. 12. ff. h. r. nisi rem ibi habeat*,

D 3

vbi

ubi possessionem est indeptus: tum enim ibi restituetur aut, si petat actor transferri, ferat sumtus, subeatque periculum. Ratio est, quia & illo loco in possessionem venisset Dominus, si malæ fidei possessor eum non præuenisset. *l. ead. & l. u. §. 1. ff. ad exhibendum.*

§. LII.

FINEM accipit rei vindicatio XXX. annis, quia est ciuilis, quamuis ex accidenti propter completam a possessore vsucapionem excludatur agens. *a. l. 4. ff. de alienat. iud. mutandi caus.* Quod vero ex accidenti venit, regulæ vix obest.

CAPVT II.

DE

REI VINDICATIONE

SECVNDVM

IVS PATRIUM.

§. I.

PRO vindicare veteres FRANGI dicebant *euindicare, elitigare.* Vnde etiam sententia tali in iudicio lata *præceptum euindicatorium, charta euindicatoria* appellabatur; idque exemplis luculenter probat *Cangius* sub istis vocibus, Germanice *unterwinden* adhibeant pro *vindicare.*

§. II.

Ostenduntque *Marculphi* formulæ inque primis

164. 166. 169. 170. 172. 173. *Francis non incognitam fuisse contravindicationem rei, qui contracausari, contra tenere, contrapellare dicebatur.*

§. III.

Vnde etiam est, quod non probaret actor, sed reus, qui vel *rationes tradere, per quas ipse terram habere deberet, vel iusurandum cum XII. aliis hominibus præstare compellebatur.* Talem formulam exhibet quoque Marculphus. *l. c.*

§. IV.

Ex quo multum sane differentiae elucet inter ius *Romanum & Francorum veterum.* Adhuc enim dubium est an *Romani* contra vindicantes necessario probare debuerint unquam exceptionem, seu assertionem suam? Aliud est, an potuerint probare, sicubi volupe esset? Quod postremum nemo negat; eratque perutile, si contra vindicans susciperet probationem. Tum enim non solum absoluebatur ab actione, sed & dominus declarabatur. Declaratus dominus a nemine rei vindicatione amplius pulsari poterat.

§. V.

Deinde in *Francorum* vindicatione & contra vindicatione tam sollicita verba & formulæ non reperiuntur, quorum carmina apud Romanos conficere solebant pontifices Flaviani ac Eliani iuris præcipui architecti: in quo propterea veterum Germanorum morem hac parte Romano antefert SCHILTERVS; non autem absolute, sicuti celeberrimus BERGERVS in doctâ dissertatione de *maturanda contra vindicatione* credebat. Neque etiam tot symbola occurrunt in iurisprudencia

tia

cia Francorum, quot in Romana veteri & Allemannorum quoque.

§. VI.

Hi enim uti est in ALLEMANNORVM lege c. 84. & 87. agrum litigiosum præfente Comite circumibant, terramque, quam Allemanni CVRFODI (*) dicebant, tollebant, Comiti permittentes, ut illam linteo, seu fanoni inuolueret & fidei manu signatam custodiret, usque ad placitum, seu constitutum diem. Et tunc spondebant inter se pugnam duorum; paratique ad certamem ponebant ipsam terram in medio, tangentes eum gladiis suis cum obtestatione & fiducia in DEVM conditorem, ut tribuat victoriam ei, cuius esset ius; victusque XII. solidis mulctabatur, qui temere contra vindicasset. Qua in re aliquid Quiritium mori simile observatur, vix tamen ex imitatione Romanæ legis, quam ignorabant, deducendum. Admodum enim falluntur, qui similia ex parte ab imitatione aliarum gentium proflexuisse persuasum habent. Possunt proprio ex commento oriri nonnulla, quæ certe ab aliis non edocti in mores receperunt. Quin recte existimat Schilterus, natura quodammodo duce ad talia prolabi Allemannos potuisse, atque comminisci aliquam rem exprimentia. Qui enim terram vindicare satagit, terram circumspiciat necesse est. Ea inuenta ac designata, quod girare & circulo est includere, tollebant & suam esse aiebant, ferro conferentes manum, & vim adhibentes veram, non imaginariam quod ferocientiorum libertati congruebat; donec ista pedetentim frangeretur.

(*) Quid

(*) Quid sit *Curssodi* disputant. Schilterus pro gleba habet, quam *Schurbe* dicimus: unde *Schurbericht*. Cangius ita exponit, ut sonet idem, ac *Torf*, *Turf*, *Swurf*. Ego aliter. Est enim certum, electam & separatam usque ad diem iudicii hanc fuisse terram, quo solenni ritu tangeretur. *Kuhr* est electio, *Kühren* eligere. *Esodi* vero est cespes, eina *Wase*, *Wose*, *Wodez*; sic ut *Curssodi* exprimat electam & separatam terram, seu *Wasonem*; ac sicuti duplex *V.* ita duplex *F.* pronuntiatur ut nostrum *W.* Pro *Wase*. Allemannus hodiernum adhibet *Wosen*, *Woden*: Hinc est *Chur* *Wosen*: *Terra electa*

§. VII.

Boii nihil quidem in legibus suis de cespite, seu gleba produnt, sed tamen singularis pugnae, quae *Wehadink* (*) diceretur, meminere: Tit. IX. §. 5. *Quotiens de commarchanis contentio nascitur, ubi euidencia signa non apparent in arboribus, aut in montibus, aut fluminibus, & iste dicit: Huc usque antecessores mei tenuerunt, & in aliodem mihi reliquerunt & ostendit secundum proprium arbitrium locum, alter vero nihilominus in istius partem ingreditur, alium ostendit locum, secundum prioris verba suum & antecessorum semper fuisse utique in praesens asserit; Et si alia probatio nusquam inueniri dinoscitur, nec viriusque inuasionem compensare voluerint, tunc spondeant inuicem *WEHADINK*, quod dicimus & in campione, non fortiantur, sed cui Deus fortiozem dederit & victoriam, ad ipsius partem designata pars, ut querit, pertineat: ut tit. XVI. §. 1. 2. itemque XVII. §. 2. omittam.*

(*) *WEHADINK* est *Fechding*, *Fedbing*, *Fehde* bellum.

Gen *Wigt* apud *Suecos* hodiernum exprimit pugnam

E

fin-

singularem. *Wehadung* igitur est pugna iudicialis. Nec saniores dubitant, *V. W. & P.* apud veteres haud raro permutari. Quare, quæ Cangius aliique adferunt, vel concidunt, vel minus videntur verisimilia.

§. VIII.

Recentiores ALLEMANNI, quorum magna portio *SVEVI*, pro *duello* legales probationes admittebant: quæ si deficerent ad iudicium *aque* sese proripiebant. Loca e speculo Suevorum abunde subministrat Schilterus *Exercit. XVI. §. 27. f.* Quomodo autem iudicium aque tum feruentis, tum frigidae peractum fuerit, optime ostendit ex *Mabillonii analektis* Bergerus in *dissert. de contrauindicatione §. 20.* quorum virorum tradita non exscribimus.

§. IX.

SAXONES hac in re non tam fuere obscuriores, sicuti credit Schilterus, quam clariores. Existimatque haud temere Bergerus *l. c. §. XVI.* cum neglexisse meliora loca, nec diligenter satis ius *Weichbildicum* *Magdeburgense* comparasse, nec feudale, quæ tamen mirifice illustrarent speculi Saxonici articulos. In primis autem commendat *Lib. II. art. 38.* qui agit de rebus mobilibus; quas contrauindicans retinebat, si tribus testibus comprobaret, quomodo possessionem esset nactus, & quo auctore. Auctor ille *Wehrmann* dicebatur, saepeque vsu veniebat, ut ad tertium, vel quartum auctorem & sic porro duceretur petitor, a quo demum euincebnt rem suam. Vnde proverbium enatum existimo *Hand muß Hand wahren*: quod *Sueci* efferunt: *Hand skal Hand sölgia*; id est *Hand soll*.

§. Hand folgen. Ducebat enim reus actorem ad auctorem suum, isque sequi obstringebatur, nisi trans mare abducere illum satageret; conf. Berger *l. c.* §. XVII. cui tamen nihil de illa Saxonum paroemia suboluit, quam explicatius interpretatur Hertius *paroem.* XVIII. ex Hamburgensium ac Lubeccensium statutis, quæ hac parte æquitati congruunt, etiam Romana scita adorantibus barbara apparent, nec ferenda.

§. X.

IN IMMOBILIBVS Saxones *vetusti* non minus *contravindicatione* utebantur, quam sequebatur *duellum* seu singularis pugna pro genio, ferocissimæ nationis; de quo *lex Saxonum ANTIQVA* apud Lindenbrogium & Leibnitium euoluenda. Vbi namque ius occurrebat dubium, iudicium a DEO existimabant petendum.

§. XI.

SAXONES *recentiores* IN IMMOBILIBVS rationi convenientius & pacatiori more procedebant; idque ex *art. 21. Lib. III. Spec. Sax.* copiose elucet. Summatim rem complectar. Probabant actor & reus, si res immobilis vindicaretur; iudexque perspiciebat, quinam ex illis plura pro se testimonia adduxerit; huicque addebatur. Si vtriusque testimonia paria, rem inter vtrumque diuidendam iudicabat. Si neuter iudici fidem fecerit, res vel *aque iudicio* terminabatur, vel *iurando*. Si iurasset vterque, res iterum diuidebatur. De vindicatione feudali alibi plenius.

§. XII.

Ac nemo statuet, rationi fuisse dissentaneam diuisionem in dubio: quanquam hodie non solum nemo ob-

stringit reum, ut probet, quod in contrauindicatione affirmauerat, sed sufficit ad ipsius possessionem stabilendam si actor in probatione deficiat. An autem fatius sit, ut & ipse, ubi potest, probationem suscipiat, neutiquam ambigendum. Tum enim dominus manebit in posterum ratione inconcussa; sicut iam animaduersum §. 3. idque *Bergerus* cum maxime urget in laudata dissertatione de *contrauindicatione maturando*.

§. XIII.

In rerum MOBILIVM vindicatione autem hodie non tam auctorem sequimur, quam rei possessorem; nisi ubi parcemia adhuc in vsu viridi: *Hand mus Hand wahren* mercaturæ fauens.

§. XIV.

Igitur probanda eius possessio tam in re mobili, quam immobili, a quo illa vindicanda.

§. XV.

Ea probata simulatque domino a vindicante demonstrato, restituenda res erit cum omni accessione & fructu: que iuris verba exposuimus supra.

§. XVI.

Dominii vero probatio non tam difficilis est, quam fuit olim, præcipue cum de re immobili questio incidit; quam resignamus & publica auctoritate in alterum transferimus, ita ut sciri possit, quis ante sæculum habuerit illam possederitque, quomodo & quo auctore tenuerit; postquam bene instructa sunt tabularia & fideliter conscripta regesta tum ciuitatum, tum iudiciorum; idque quadantenus *Menckius* deprehendit in *Theoria & Praxi ff. h. t. §. XI.* iuuari hac ratione

tione dominii probationem adfirmans cum Bergero
Oeconomie iuris. Lib. II. t. 2. p. 290. seq.

§. XVII

FRUCTVS vero veteres Germani compendium culturæ & laboris existimabant: eumque, qui bona fide seuit & prædia coluit administravitque, vt auctorem fructuum, merito considerabant. Sed cum tamen alter, re sua caruerit, fructusque intelligi vix possint, nisi ager & res ponatur, vnde percipiuntur; hinc nodos difficiles vno secuere ictu, existimantes possessorem bonæ fidei soluere tantundem, quantum soluisset conductor. Ea ratione lis hac in causâ facillime terminabatur; disputatione omni præcisa, fructus sint consumti, an extantes, pendentes, percepti, an percipiendi, naturales, an ciuiles? nec longa rationum serie opus erat. A qua ciuili ratione eaque prudenti, quare recesserint nostrates, difficile dictu, nisi quidem generatim obseruetur, præualuisse denique amorem iuris Romani paullo subtilioris. Et Saxones vero ea decisione vsos loca euincunt *Speculi Sax. lib. II. art. 46. art. 51. nec non Allemannos Spec. Sueu. cap. 217. 222. & 272.* quam simplicitatem retinuit ius Borussiae *lib. III. tit. III. §. 10.* præter expectationem. Alias enim valde, vt ita loquar, romanizet & Quiritium decisa patriis præfert. *Leyserus* Vir clarissimus, in *meditationibus ad ff. h. r.* animum inducit, Saxones vetustos neque extantes, neque consumtos fructus restituendos iniunxisse bona fide possidenti: quod tantum comparate verum est: Nihil enim restituit quidem, sed soluit, quantum conductor vero domino soluisset, sicuti iam

obseruauimus. Vnde quæ is porro infert, ac si Wittebergenfes ICI maiorum suorum, hoc est, Saxonum uestigia essent sectati apud WERNHERVM *obseruat. forens. 133. part. I.* dum fructus consumtos melioris commatis possessori relinquendos indicarunt, non ita crude, ac sine probatione meliori recipiendum puto. Iurarem enim, eos ad veteres Saxones prorsus non respexisse, nec respicere vnquam uoluisse: adeo illi potius iura Romana sibi commendata habuere, secundum quorum decreta in vindicatione non restituuntur fructus consumti, sed extantes tantum, qui non sunt uisucapti, eoque iuris sensu, ut fructus, non amplius extant. At antiquiores, in quibus est Hartmannus Pistoris, Carpzouius alique, æquitate, quam in hæreditatis petitione obseruarunt, ducti, consumptos quoque merito repeti a Domino, pronunciarunt: cum tamen hæreditas sit nomen iuris, ad cuius uersitatem & cumulum, omnia, & ex consequenti fructus pertinent, quos petitionis hæreditatis auxilio ad se trahit, eoque tanquam reti utitur, maxima, mediocria, minima complectente. Igitur si quid Wittebergenfibus hac parte laudis tribuendum, in eo id consistet fortassis, quod relicta falsa & commentitia extensione, intra fines iuris Romani sese continuere, pulpita ueteranorum, Romana luce perfusi negligentis. *Thomasius* autem nostras ad *prelect. I. Huberi tit. de R. D. §. 3.* quem idem reprehendit Leyserus, non habuit necesse, ut Harmanni Pistoris, & Carpzouii errorem ea parte retingeret, qua retegendum existimat ille; cum neque Vir illustis, neque ego credam, Germanos ueteres nihil

nihil fructuum a bonæ fidei possessore repetitum iuisse; quandoquidem probe constat, per auersionem omnia ab eo, ceu conductore, fuisse reparata pensataque.

§. XVIII.

MALÆ fidei possessor vero uti nullo favore dignus; ita Germani operarum fructum ei adimebant, & puniebant insuper, ad rationem reddendam cogebant, nihil impensarum etiam ei restituentes: quod loca adducta probant plus satis.

§. XIX.

Sed summus hodie multa mitiores, inque Romanorum castra transiuimus, de impensis ab utroque possessore deducendis ac tollendis non minus, quam Romani solliciti; cum Teutones tantum bonæ fidei possessori restituendas impensas existimarent, unde res nostra, urbana sit, an rustica, melior facta. A voluptariis enim impensis uti isti admodum alieni; ita de iis fere nulla occurrebat disceptatio: quod iterum hodie fecus, mutatis cum tempore moribus.

§. XX.

Duntaxat contra Romanorum instituta ex interpretatione prudentum ac laxiori litis ordine inualuit, ut implorari iudicis officium possit ad repetendas impensas, etiamsi res ipsa jam sit restituta; ac restituens in mala fide fuerit: fecitque hoc prætexta, ceu monitum, æquitas.

§. XXI.

De fructuum vero & impensarum quantitate constare vix potest, nisi illa ad liquidum perducatur. Cumque ad liquidum raro redigatur; hinc raro definitione iudi-

judicis, ob difficilem probationem, & audiendam reprobationem, frequentius transactione partium terminantur fructuum impensarumque vindiciz.

§. XXII.

Enimvero neque inutilis, neque inelegans questio est, an, quod de FICTO POSSESSORE statuunt iura Quiritium, approbent quoque Germani? Et videtur, id non posse arridere ciuibus nostris, aut iis per se cognitum esse, quod commenti sunt Romani. Et dolum autem haberi debere pro possessione fictum est, non natium, vel ingenuum. Quin sunt, qui hunc canonem, in regulis iuris ab Vlpiano & Paulo toties repetitum, e Senatusconsulto Hadriani, de quo *l. 20. ff. de hereditatis petitione* testatur, deriuent. Vnde operæ pretium, vt indagatur eius regulæ vera origo. Et putem, nihil hic proprie occurrere, quod possit appellari *fictum*: etsi neoterici hoc loco vocula *ficti* vtuntur, & nos quoque, idioma eorum secuti, haud temere sumus vsi, fictum possessorem apellantes, qui desit possidere dolo: quia certe naturaliter non possidet, qui nec animo, nec corpore rei amplius insistit. Eoque *fictus* possessor hic erit possessor iuris sensu. Cuius? civilis? an naturalis & sempiterni? Ac non diffiteor, postremum mihi sedere, ac placere. Est enim rationi congruum vtique, nemini suum prodesse dolum debere, nec alteri nocere. Ergo, qui dolo desinit possidere, nihil facit: aut saltem factum huiusmodi nullo iure sustinetur; sed nullum videtur omnino. Si vero nullum est, possessio ab eo non abiit, qui fraudem admittit, sed penes ipsum manet. Si manet, merito quoque agitur

con-

contra dolum, seu possidentem. Quocirca amplius obleruo, etiam Vlpianum *l. 150. de R. I.* induxisse animum, esse id iuris naturalis cogentis ac necessarii. *Patrem*, inquit, *esse conditionem OPORTET, eius, qui quid possideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet.* Iacobus Gothofredus in eadem mecum opinione versatur, æquitatem naturalem verbo OPORTET hac regula designari autumans. Iam sumo: si naturalis hic occurrit æquitas, perperam sane statuitur, hoc naturale genitum demum & effectum esse, tempore Hadriani interuentu Senatusconsulti, cuius mentionem fecimus supra. Accedit, Vlpianum cum Paulo ab hac regula, tanquam ratione generali, argumentum ducere ad species singulares, quod iterum doctissimus animaduertit I. Gothofredus ad *l. 157. ff. de R. I.* Quis vero generale & rectæ rationi examissim conueniens enatum demum credat ex Senatusconsulto speciali? Igitur, in applicatione, de Teutonibus haud improbabile dictum est, eos, utpote simplicitatis naturalis sectatores egregios, hac parte nihil peregrini vel admisisse, vel admissuros esse, si itidem dolum pro possessione habuerint, habeantque etiam nunc. Et ita namque nihil fingunt; sed *interpretantur* ad summum, deciduntque, dolum non prodesse debere alienanti; & alienationem, ratione alienantis, non adtendi. Quid? quod tota perimi & in nihilum redigi alienatio posset, nisi eo pacto ementi, vel acquirenti aliis modis, noceretur; cum domino interea nihil præiudicii creetur, sed satisfiat tum à dolo, tum is etiam actionem saluam habeat aduersus non domi-

F

num,

num, siquidem sua interfit, isque acquiescere nolit. In quo id parumper a simplicitate naturali recedere videtur, quod praestita licet affirmatione litis, nihilominus contra noue possidentem indulgeatur vindicationis auxilium. Eo enim modo prior actio poenam, posterior rem persequi videtur: tamen hoc iniquum non est, quando forte amplius refert domini, habere rem ipsam; adeoque a Ictis Teutonicis, imitatione vix reprehendenda, adoptari iure poterit. Saltem negari nequit, Pragmaticos ita solere pronuntiare, si dolus adfuerit, non autem, si culpa lata: quicquid alii distinguant, ante litis contestationem, an post illam euenit ista. Nam si post litis contestationem possessor amittat rem dolo, valebit nostra decisio: si culpa, haec sane aut non erit dolus, eoque non poterit applicari regula generalis, quae loquitur; de dolo; aut si *adiicias* aliquid, & *culpam versutiae* comminiscaris; ceu facit Mynfingerus cum aliis incongrua sane blaterabis, cum omnis culpa ab ignauia proficiscatur, non a versutia, recte arguente laudatissimo Gothofredo ad *l. 23. de R. I. p. 108.* Ceterum noua quaestio est, an contra dolose alienantem in litem iurari possit in infinitum, sine vlla iudicis moderatione, vt est in *l. 68. ff. de rei vindic.* Quamuis enim ius iurandum in litem, Romanorum more, semper fuerit affectionis, ceu ostendit HVBERS in praelect. *ad ff. de in litem iurando*; vereor tamen, vt nostrates infinitae & prorsus immodicae affectioni sint obsecundaturi: quum talis affectio a simplicitate naturali nimium abeat, quae quanquam dolosis non fauet; non eos tamen, ob humanae naturae procliu-

tatem.

tem in malum, profus pessumdat: vt raceam doctores in foro existimare, omni in iurando in litem iudicis moderatiōnem interuenire debere.

§. XXIII.

An vero multi sese LITIBVS sint oblaturi fraudulenter, nescio: quanquam interea neutiquam decisiones iuris Quiritium cum *Titio* Icto Lipsiensi credam sperendas. Neque enim fas est, vt scelus ferat impune, qui & magistratui & aduersario petulanti fraude illudit; cumque hæc pœna ex Iure Romano cognita nostris Doctoribus sit, nec alioquin iurisprudentiæ in foro valentis principia euertat, non dubitarem, quin illi sapiens hoc arbitrium facile sint imitaturi, sicubi ipsis offeratur huiusmodi species. Verum tamen haud scio, quid celeberrimo SAMVELI STRYKIO in mentem uenerit de eo, qui liti sese obtulit, in *Vsu Mod. h. t. §. IV.* Putat enim is, pro ficto possessore & liti sese offerente merito haberi, qui extra iudicium, præsentibus gloriatur testibus, se rem alienam penes se habere: idque circo, probata hac confessione, coactum iri iactabundum, litis vt æstimationem præstet. Addit Eurekaicum quemadmodum caute sit formanda petitio, ne elabatur reus. Sed elabetur certe cum irrisione nouum ius fabricantium. Nunquam auditum est, *liti se offerre*, sonare, iactare possessionem extra litem. Vix est credibile legisse, Virum alioquin industrium, *l. 25. ff. h. r.* quæ est Vlpiani, cum cura, quam propterea censeo adscribendum: *Is, qui se obtulit rei defensionis sine causa, cum non possideret, nec dolo fecisset, quo minus possideret, si actor ignoret, non est absoluendus, vt Marcellus ait;*

quæ sententia vera est post litem contestatam. Ceterum ante IUDICIUM ACCEPTVM non decipit actorem, qui se negat possidere, cum vere non possideret; nec videtur se liti obtulisse, qui DISCESSIT. Iudicium accipere & litem contestari synonyma sunt. Non intellexit vir optimus, quid sit in l. 13. §. 13. ff. de hered. pet. offerre se petitioni; idque discere a Mornacio potuisset in comment. ad h. l. Significat hæc locutio petitioni respondere, atque ei contraire: hereditatis petitio autem, iuris sensu, non intelligitur, nisi cum est in iudicium deducta. Quare ius nouum, quod cominiscabatur Ictus, Romanum certe non est, nec Teutonicum, sed Strykianum; quod neminem decipiat. Neque enim auscultabunt illi Antecessores adfessores, meliora edocti: nec tali vquam vana iactantia, tamque acerba nultabitur lingue lubricum pœna. Omnium autem minime tum ipsi, tum eius defensoribus patrociniabitur l. 27. pr. ff. h. t. in qua extat, aliquem dixisse possidere: illico enim subiicitur, & ideo se liti obtulit; ego quoque in re agenda testatione probauro: quod non significat, testibus probare, offerentem extra iudicium hoc dixisse, sed rem esse meam, ceu recte interpretatur Dionysius Gothofredus. Quod satis sit ad confutandam opinionem male coherentem, enatam e non sperata verborum iuris ignorantia, & propria επιλογει.

§. XXIV.

PRETIUM an refundere possessori debeat vindicans? ex æquitate naturali disputat Barbeyracius ad Puffendorffium lib. IV. cap. XIII. §. 3. not. 1. & §. XIII. not. 1. existimans, nihil adtribui posse bonæ fidei emptori

pteri culpæ, nihil etiam doli. Quare iniquum censet dominum potius ius suum persequi contra bona fide possidentem, quam auferentem sua. At parum in his rationibus præsidii est. Ponimus namque, nihil quoque culpæ, aut doli in vero domino residere: & insuper is dominus est ac mansit: nec stricto iure suam rem emere cogitur. Vnus damnus facit certo. Duntaxat quæritur, in quem hoc unus recumbat? In possessorem, an dominum verum? si quidem tantisper fingatur, bonæ fidei possessorem credidisse se dominum. Semper enim veritas præualebit opinioni: eoque verus dominus nihil soluet pro re recuperata. Quæstio vero illa: quare vindicans non adoriatur auferentem? merito retorquetur, quare possessor non adoriatur venditorem? vt qui certius sæpe cognoscitur, quam auferens. Igitur rationi conueniens mos gentium est vtique, vt, vbi vbi res tua inueniatur, ibi eam prenas: nisi aliud suadeat mercantium commodum, simulatque leges præcipiant diuersum, & æquitas interdum & difficilis recuperationis consideratio decisionem aliam ac leniorem suggerat.

§. XXV.

De loco monendum, omnes quidem fateri, etiam Romano iure commodissimum rei vindicationis forum videri, quod vocatur rei sitæ; sed cum tamen forum domicilii commune sit, ibique in rem quoque agi queat, neque hoc excludendum putant permulti. At certum habeo, ægre hoc iri admissum in Germania. Ratio, quare nostrates difficiliores hac parte sint, quam Romani, ea videtur, quod ii, quibus terræ feudi, vel al-

Iodii iure sunt concessæ, vel regimen in illis conceditum, simul, polleant iurisdictione in cives suos eorumque bona: adeoque vix æquo animo ferunt, si iudex externus & certo sensu peregrinus de rebus ac fundis curæ suæ commissorum sententiam ferat. Similem causam adduxit lanus a Costa p. 310. ad tit. X. de iudiciis de iurisdictione feudali, quam sibi arrogant Domini feudi; immo aliquando Domini emphyteusios haud facile patiuntur, ut alius de re quodammodo sua, aut in qua saltem utilitas ipsorum versatur, & iura quandoque periclitantur, definiat quidquam. Eam in rem Schilterus in *exercit. ad ff. de iudiciis* § 31. exemplum Imperatoris Ruperti, tanquam Comitum Palatini, adducit, qui litigantes ad forum ac domicilium rei sitæ ablegauerat: documentum hac ratione daturus, non, sicut de causis & debitis ex contractu ius sibi iudicandi; ita de rebus esse: sed illam facultatem Dominis & iudicibus terræ merito relinquere. Idem de Bauaria obseruat Schmidius ad *Ius prouinc. tit. XI. art. I.*

§. XXVI.

DE TEMPORE præscriptionis hac in actione Saxonæ adjiciunt, manere hodie XXX. annorum spatium, sed merito apponi sex septimanas ac tres dies: quod spatium vulgo appellant diem Saxonicum, eine Sächs. Frist. Frustra autem monet *Strykius in V. M. §. XIX.* citius extinguere rei vindicationem vsucapione: idque ignorasse multos. Quis enim ignorat hoc? At, ceu *cap. I.* monitum, ex accidenti id fit; cum sæpius bona fides, qua sine vsucapione non est, aut iustus titulus, ac vel vtrumque vel alterutrum deficiat.

§. XXVII.

§. XXVII.

Quibus bene penitatis restat FORMA actionis vindicatoriæ, quomodo nempe sit adornanda. Ac notum est, nihil hodie symbolici occurrere nihil solennium verborum. Sufficit fundum petitulo, quod nomen eius, quo loci sit, indicare; vtrum totum, an partem, & quotam peteret? si infectam materiam, pondus exprimet; si signatam, numerum; si factam, speciem nominabit, ac forte, cum res mensuram continet, mensuram non omittet; si vestimenta, numerum & colorem non omittet, atque sic porro. An vero *causam* petendi iungere debeat, novum est *ἔκρινται*. Ac non est inficiandum, aliquid inueiri in *l. 1. §. 2. ff. b. t. simulatque in l. u. ff. §. 2.* non nihil utilitatis, quod redundet in petitoem, promitti, causam si adiecerit. Sed non est tamen id absolute necessarium, vtut commodum. (*) Nam si *fundum* petiit sine causæ adiectione Titius, & causa ceciderit, inque probatione defecerit, nihil forte refugii habebit, sed exceptione rei iudicata submouebitur. At si dixerit, se vindicare, & petere quod *Titius Dominus fundum sibi tradiderit*, & succumbat, non remouebitur, si tandem alia ex causa fundum esse suum & vscaptum dixerit, dummodo proditam causam dein probet. Idque est, quod alibi monuit Præses, rectius facere, qui causam specialem signent, etiam in actionibus in rem, proprii commodi causa, tamen, ea omissa libellus propterea non potest dici ineptus. vid. *πρότα* ad tit. *de e-dendo p. 217.*

(*) Vnde vix fidem habeo Briffonio *Lib. V. de formulis* p. 376. propterea inualuisse in foro formulam adfirmanti:

manti: *Sed anme tu dicis caussa vindicaueris*, quam refert Tullius in Oratione pro Murena. cap. XII. Quamquam enim quaesiuisset reus, an *simulate* vindicaret actor, (hoc enim est dicis gratia vindicare) vix tamen consequitur, vt adducere in medium causam fuerit obstrictus singulari, aut speciali. Sat erat, si serio & ex animi sententia id se facere responderet actor. Plus non requirebatur.

§. XXVIII.

Enimuero difficilius paullisper est ad decidendum, an *ALTERNA* petitio in rei vindicatione locum habeat? Non loquor de illa rei vindicatione, vel quasi. Neque enim vera hic alternatio occurrit, sed binæ potius actiones in omnem euentum cumulantur: quod multi non vident, atque aliter rationes suas componunt. Magis est, vt queramus, an sic recte formetur petitio, vt *Magistratus, seu iudex iubeat restitui, aut restituenda rei aestimationem praestari?* Atque sat scio, Romanos nunquam eo pacto suam composuisse formulam. Extremum namque pertinebat ad arbitrium iudicis eiusque executionem, cuius vt eum officii admoneret quisquam, necesse non erat. Quin improba petitio videbatur: condemna ad restituendum rem aduersarium meum, vel si peruicaxerit, tamque vocem spernet, nec tuo parebit arbitrio, coge illum, vt aestimationem restituat. Quod perinde fere est, ac si dicerem: Mille mihi ex mutuo debet primus, fac, ut soluat ille hanc summam certam; ni faciat ac morosus sit & contumax, in carcerem compingas hominem pessimum, perque sectionem tandem vendas, aut mihi mancipio addi-

addicas. Non puto, vindicantem precipitasse adeo curas suas, & verba fudisse tam calida & intempestiua. Ipse enim Iudex habuit perspectum, quando inciperet arbitrium suum itemque condemnatio, *QUANTI EA RES ERAT*, At nostris moribus, vbi libellos fere quoscunque, modo petitem comprehendi possit, inaudita apud Quirites beneuolentia, sustinemus, etiam huiusmodi festinata fulcietur petitio: quamuis incertam appellitet aduersarius, ineptam, alternam. Intelligitur, inquit Pragmaticus Bergerus (*) quid cupiat actor, rem, puta, suam, quam, si vel nolit restituere, vel nequeat, contentum ille fore se, ait, si accipiat, quanti res est. Est hæc petitio non tam alternatiua, quam condicionalis. Saltem ita flectitur in melius & benigniori interpretatione iuuatur: inprimis quam nobile officium iudicis imploremus, aut clausulam hanc salutarem adiectam aliquando fingamus, quamuis non compareat. At patefit interea, multo sapientius facturum vindicantem, si eloquentiam suam hoc loco occultet, & iudicis sententiam arbitriumque in silentio & spe expectet: neque enim is illi deerit, aut, si suo deesset officio, moneri adhuc in tempore poterit. Qui focus facit, aduersario ansam suppeditabit, vt contra libellum excipiat tanquam ineptum, qui nova demum sententia erit, stabilendus: periculumque est, ne Iudex externus in alia omnia eat, sicque vindiciarum lis confragosum & tædio plenum sortiatur exordium.

in *Suppl. II. D. F. p. 226.*

§. XXIX.

In hoc vero facilius adsentiam Doctoribus nouis, qui fructus ante litis contestationem perceptos ac consumptos peculiari conditione & actione petendos nostro

G

more

more negant. Quamquam enim Romani non destituti sunt ratione, iudicem suum angustis finibus circumferibentes maxime in rei vindicatione, qua res singularis petebatur; isque pro accessione petita habere non poterat, quod tempore litis contestatae non apparuit, sed velut proprium corpus constituit; non sic tamen Teutones nostri eos hac parte sunt imitati, ut qui istud subtile discrimen beate ignorant. Quidquid Strykius iterum in *Vsu Modern.* §. 15. in medium proicit, defultoriam iuris scientiam prodit. *Qui,* inquit, *restitutionem rei petit, etiam fructus petiisse censetur: & hinc iudex vi officii de iis pronunciat.* De eoque nemo dubitat; quin simul fructus habeat cordi; sed quos? an perceptos & percipiendos ante litem contestatam? eoque fructus praeteritos, quorum accessio in praesenti non cernitur? sed ita iuri eiusque rationibus aperte contra itur, patetque, non animaduertisse Strykiam, rei vindicationem non comprehendisse, quae iam a re petita sunt separata, sed commoda duntaxat cum re per consequentiam adhuc connexa. Unde nisi accessio praeterita vel speciatim, vel singulatim esset petita, nullum iudicis officium erit sperandum. Nos autem aliter hodie rationes nostras merito inimus, quia istud discrimen nunquam nobis innotuit, nec, cum cognosceretur, placere unquam potuit. Ex hisce autem manifestum fit, perperam omnes de usu hodierno disputare, qui Quiritium placita non habent accuratissime perspecta: quae interea negligunt plerique & veluti ranunculi de usu, usu perperam & cum fastidio coaxant.

§. XXX.

Haberem adhuc de utili rei vindicatione, quae essent considerari digna; Sed certos dissertationi nostrae fines praescriptimus. Quare finiendum.

Ite domum satire, venit Hesperus, ite capelle.



NICOLAUS HIERONYM. GVNDLING. ICT.

GOTTHILFF AVGVSTO
SCHVMANNO

5.

ET si amorem erga TE meum multis
clarissimis signis declaravi priuatim,
& quid de TE sentirem non semel
indicaui; tamen nunc publice dicen-
dum est, quam magni TE faciam, ve-
ræ laudis ac dignitatis cupiditate incensum. Ne-
que enim TV die nocteque conaris tantum, vt
præstans & bonus iurisconsultus habearis, sed vt
sis. Atque ita existimo vnicuique veritatis stu-
diolo consilia & rationes instituendas esse, vt præ-
cipuam curam gerat, ne tanquam canis ex Nilo
bibens festinato cursu studia sua absoluat, res su-
as præcipitans & præsentia anhelans, quæ saepe
non sunt tanti. Quod, puto, in causa est, qua-
re tam pauci inueniantur iuris periti, quibus com-
mitti res magni momenti possint: Adeo multi
cæcutiunt; crudaque studia pro bene coctis ven-
ditant, propriis incrementis obstantes ipsimet.
TV vero rectam, quoad cerno, viam iniuisti, in-
que ea strenue pergens fecisti, vt TE laudare vere
at-

atque ex animi sententia possim. Vnde haud mirum, academicas quoque TE intellexisse quaestiones, quæ sæpe in foro versantibus videntur peregrinæ: Etiam dubia in disputatione publica obiecta prompto ingenio dispulisti; ita vt pateret omnibus, te non indulsisse otio, cum esses in schola, aut alias bonas artes spreuisse, in iuris verba solum animo intentus, quæ sine humanioribus litteris & philosophia pæne sunt censenda mortua. Igitur, quum in pluribus non multum solidæ scientiæ inueniatur, in TE plurimum; hinc jam dudum mihi videre visus sum, ad maiora TE iri euectum, quem tot animi præclaræ dotes ornant, modestia commendat, ac PRINCIPIS fauor benigne sustentat. Quin quod videre me dixi, aut vidisse, iam sane perspicio. Quare DEVM rogo, vt, quæ TIBI destinata sunt, multorum bono indies largiatur, vt habeat PATER venerandus, quem semper colui, de quo gaudeat, ac senectutis suæ, quando TE intuetur, perpetuum & stabile solatium inueniat, vt qui ad culturam studiorum tuorum vigilantia sua haud parum contulit sane. Vale, DOCTOR dignissime, & TVIS reuerenter & officiose a me salutem dicas. Halæ Magdeburgicæ XII Kalendas Septembris MDCCXXVI.



Halle, Diss., 1726 C-Z

ULB Halle

004 306 988



3

f

5b.







7007

Q. D. B. V.

4

1726

126

DE
REI
VINDICATIONE

EX
IVRE ROMANO

ET
PATRIO

DISPVTABIT
PRAESIDE

18

NICOL. HIERON. GYNDLINGIO Ict.
p. t. DECANO

XVI. KALENDAS 'SEPTEMBRIS c10 15CC XXVI.

H. L. Q. G.

PRO PRIVILEGIIS DOCTORIS
CONSEQVENDIS
GOTTHILFF AVGVST. SCHVMANN
HALENSIS MAGDEB.

SERENISS. DVVIS SAXONIAE WEISSENFELS. CAMERAE PRO-
CVRATOR ADVOCATVS ELECTOR. ET REGIM.
ORDINARIVS.

RECUSA HALAE MAGDEBVRGICAE,
TYPIS CHRISTIANI HENCKELII ACAD. TYP. 1730.

